

PROVOCATIO AD SOCIETATEM

CVLTVI HVMANITATIQVE PROVEHENDIS

UNESCO

VT LINGVÆ LATINA
ET GRÆCA RECIPIANTVR IN
“PATRIMONIVM OMNIVM GENTIVM”

WWW.VIVARIUMNOVUM.NET/UNESCO



“Membra cuncta illius consociationis, quae vulgo a compendiariis litteris UNESCO nomen trahit, vehementer exhortamur ne suadere desistant praesidibus omnium Rerum publicarum linguas Graecam Latinamque fovendas, tutandas, divulgandas esse, tum ut recipiant utramque linguam in « TOTIUS HUMANI GENERIS PATRIMONIUM ».”

ACCADEMIA
VIVARIUM NOVUM

ISTITUTO ITALIANO
PER GLI STUDI FILOSOFICI

Paginarum linguarumque tabula:

Præfatio	3
Quid sit “omnium gentium Patrimonium”	4
Anglice - English	6
Italice - Italiano	8
Latine	10
Græce – Ἑλληνιστί	12
Hispanice – Español	14
Gallice - Français	16
Germanice - Deutsch	18
Lusitanice - Português	20
Conclusio	22

Ex Italico sermone hoc documentum converterunt in:

Anglicum: **Carolus BETTENDORF**
Latinum: **Ignatius ARMELLA CHÁVEZ**
Graecum: **Gerardus GUZMÁN RAMÍREZ**
Hispanicum: **Ignatius ARMELLA CHÁVEZ**
Gallicum: **Lucas LUCCHI**
Germanicum: **Christianus KUPFER - Iulia BRANDES**
Lusitanicum: **Michael MONTEIRO SENA**

In paginas digessit:

Iulianus CLAEYS BOÚÚAERT

**Romae, in aedibus
Academiae Vivarii novi
die 11 m. Novembris, a. MMXI
UNESCO@VIVARIUMNOVUM.NET
WWW.VIVARIUMNOVUM.NET/UNESCO**

PRÆFATIO

Fuit olim – et etiamnunc exstat – in universo terrarum orbe quaedam societas hominum, quae, praeter omnia religionis, varietatis, nationis et patriae discrimina, in tradendis notionibus et cultu fovendo communia et superiora agnovit sibi fundamenta.

Quae hominum societas ab iis qui per saecula et aetates eius pars magna fuere, *res publica litterarum* est appellata; ac sicut omnes res publicae, ex civibus constitit. Civitate vero non modo homines aetate inter sese coniunctos, verum etiam eos, qui hac in vita praecesserant illos, quorumque voces litteris commissae vel sapientium praesentibus vocibus docentium traditae nihilominus audiri poterant pleno iure donavit.

Quae hominum societas ante omnia quasi quendam pontem extruere voluit quo ad futura pertineret tempora, neque umquam non magnam adhibuit curam cum in provehendis aetatibus quibus ipsa floruit, tum in providendo posteritati, quacum huius rei publicae cives fraternitatis quodam totius generis humani vinculo iam se connexos atque copulatos esse sentiebant.

Quae hominum societas, linguarum ope continuas fluminis rerum mutationes non subeuntium, regionum et temporum spatia transcendere potuit; attamen periclitata-

tur hodie valde, cum eam in dies subsidia atque auxilia potestatum quae hoc officium suum sentiant, necnon rationes et viae, quibus provehatur et innutriatur penitus deficient. Periculum igitur est ne, hac recentiore aetate, qua saepe homines nonnisi effrenata lucri cupiditate impelluntur aurique sacra fame tantum excitantur, iuniores hoc inaestimabili patrimonio orbentur, quippe quod neque honore alatur, neque usquam vulgo tradatur colaturque, neque, nisi ab exigua hominum manu peculiarem quandam provinciam singulariter tractantium, quanti sit percipiatur.

Admirati igitur omnium gentium coetum, c.n. UNESCO nondum cultus et communium huius societatis humanae fundamentorum satis hucusque rationem habuisse - quae societas tam multum valuit ad totius orbis humanitatem fovendam, ad notiones et consilia verbis exprimenda, ad altiore quendam sapientiam quaerendam - documentum, quod in insequentibus paginis scriptum est, proponere voluimus, ut omnia necessaria fiant ad aliud genus "humani generis patrimonium" agnoscendum: illud scilicet, quod totum et universum hominum genus thesaurorum pretiosissimum existimat ac ducit.

There was and still survives in this world a supranational community, which recognizes a common identity by transmitting the ideas and culture which pertain to its foundations. This community exists above and beyond differences of religion, race, birth, and country.

It has been called by those who have taken part in it over the centuries, a *Republic of Letters*. Its citizenry consists not only of those living today but also of those who have gone before us and whose earthly voice can still be heard.

This community has built a bridge to the future as well as to the various ages in which it has flourished. Within this community men live in a perfect bond of brotherhood with the whole of humanity which is understood to be a single family.

This community has been able to break down the spatial as well as the temporal barriers which separate us from one another and from the past by the use of immu-

table languages. Today, however, these languages and the community itself is in dire need of sustenance and promotion. Policy makers no longer support it and new generations of short-sighted and economically pragmatic students are at risk of losing this immense wealth because they have not been inspired by this body of knowledge which today is restricted to a narrow circle of specialists.

It is amazing that UNESCO has not considered also the traditions of such an important community which has so effectively given expression to ideas that pertain to human identity and wisdom. Therefore, we would like to present the following petition, whose contents may be found in the following pages, in order that UNESCO might acknowledge also this community and its languages as part of the "intangible heritage of humanity". For, it belongs to all humanity without exception and all humanity considers it to be among the most precious of its treasures.

C'è stata e ancora sopravvive nel mondo una comunità sovranazionale, che, di là dalle differenze di religione, di razza, di nascita, di patria, riconosce un'identità comune e superiore nella trasmissione delle idee e della cultura.

Questa comunità è stata, da coloro che ne hanno fatto parte nei secoli della sua esistenza, chiamata *res publica litteraria*; e come ogni *res publica* è vissuta di cittadini; essa ha però accolto con pieno diritto di cittadinanza non solo i contemporanei, ma anche coloro che li avevano preceduti in questa breve stagione terrena e la cui voce poteva ancora essere udita grazie al tramite della parola scritta e alla tradizione orale dei grandi Maestri.

Questa comunità ha voluto prima di tutto gettare un ponte verso il proprio futuro, ed è stata sollecitata delle varie età in cui ha agito non meno che della posterità, in un ideale legame fraterno con l'umanità tutta vista come unica famiglia.

Questa comunità, che ha saputo rompere le bar-

riere spaziali così come quelle temporali, grazie a lingue non soggette alla mutabilità del divenire, oggi è in grave pericolo di sussistenza, per il venir meno ad essa di sostegni, di politiche responsabili, di promozione e alimento. Le nuove generazioni, nutrite di miope pragmatismo economico, rischiano di perder completamente quest'immenso patrimonio, non più ravvivato da un insegnamento diffuso, da una sensibilizzazione sociale, da una conoscenza non solo riservata a una ristretta cerchia di specialisti.

Meravigliati che l'UNESCO non abbia considerato anche le tradizioni e l'identità di questa comunità umana così vasta e così fortemente incisiva sul piano culturale, espressione d'idee, di pensieri, di ricerca d'una più alta sapienza, abbiamo voluto proporre il documento che può leggersi nelle pagine seguenti, perché s'avviino le politiche necessarie al riconoscimento anche d'un altro tipo di "patrimonio immateriale dell'umanità": di quello cioè che tutta l'umanità, senz'eccezioni, sente come il più prezioso dei suoi tesori.

LA

EN

IT

QUID SIT “OMNIUM GENTIUM PATRIMONIUM QUOD TANGI NON POTEST”

EX SEDE RETIALI : [HTTP://WWW.UNESCO.ORG](http://www.unesco.org)*

LA

Omniū gentiū patrimonium, quod utique tangi non potest, multum facit ut mentem unam atque cultus cognationem, qua devincimur, in vita nostra sentiamus. Etenim hominibus nostrae aetatis prope vinculum est quo cum praeteritis coniungantur vicissimque ad posteros tradatur. Hoc quoque ducit ad hominum societatem firmiore communione copulandam, cum officium erga suum cultum in singulis pariat, quo quidem quasi membra magni cuiusdam ac longaevae communitatis se esse animadvertant.

Pars autem haud parva huius patrimonii, ut tempora nunc sunt, summopere periclitatur ne in magnam illam et indigestam nostrorum temporum molem sua propria amittat atque omnino ipsa dissolvatur. Honos ipsius quoque minuitur, et cum eo cura ac studium iam iam evanescere videntur. Quocirca, nisi huic hereditati sedulo detur opera, magnum periculum impendet ne in oblivionem decidat aut effetae cuidam memoriae proinde atque in algido ac pulverulento museo tantummodo mandetur. Servandus igitur est hic thesaurus posterisque tradendus, quo corroboretur vividusque maneat, eo tamen modo ut facultas mutandi pro temporum novitate non desideretur.

Atqui ea omnia, cum quidem captum nostrorum sensuum fugiant, sic tantum viva adservabimus, si in usu retinebimus, si semel atque iterum discemus, si denique nihil ponderis quod nostro in cultu habeant, auferemus. Eorum enim praesidium in ipsorum scientia, peritia, notionibus tradendis nititur sive, ut aliter dicamus, potius quam in singulis operibus, tota in earum rerum a maioribus ad posteros traditione sita est. Itaque inter incepta huic patrimonio tuendo deputata, ea numerari debeant, quibus id videlicet definiatur atque testimoniis ostendatur, nec minus ea omnia quae ad ipsum explorandum, tuendum, divulgandum, renovandum omnique institutione tradendum atque varias eius partes in vitam revocandas pertineant.

Quod si fecerimus, id non parvo emolumento rei pecuniariae quoque erit, etiam missis peregrinorum lustrationibus, quae partim damno huic patrimonio esse possint. Sic tamen res pecuniaria provehi poterit, si hoc patrimonium penitus in cultum penetraverit, siquidem hoc modo Res publicae id divulgare tamquam proprium indeque locupletiores fieri poterunt. Si vero non ad unam tantum, sed ad multas res publicas patrimonium pertineat, cunctae iunctisque viribus idem a consociatione UNESCO poscere debeant.

WHAT IS THE “INTANGIBLE HERITAGE OF HUMANITY” ?

EN

Intangible cultural heritage contribute to giving us a sense of identity and continuity, providing a link from our past, through the present, and into our future.

It contributes to social cohesion, encouraging a sense of identity and responsibility which helps individuals to feel part of one or different communities and to feel part of society at large.

Many expressions and manifestations of intangible cultural heritage are under threat, endangered by globalization and cultural homogenisation, and also by a lack of support, appreciation and understanding. If intangible cultural heritage is not

nurtured, it risks becoming lost forever, or frozen as a practice belonging to the past. Preserving this heritage and passing it on to future generations strengthens it, and keeps it alive while allowing for it to change and adapt.

For intangible to be kept alive, it must remain relevant to a culture and be regularly practised and learned within communities and between generations.

Safeguarding the intangible heritage of humanity is about the transferring of knowledge, skills and meaning. In other words, safeguarding focuses on the processes involved in transmitting, or com-

municating intangible cultural heritage from generation to generation, rather than on the production of its concrete manifestations.

Initiatives for safeguarding intangible cultural heritage might include identifying and documenting such heritage, research, preservation, promotion, enhancement or transmission of it – particularly through formal and non-formal education – as well as revitalizing various aspects of it.

Safeguarding intangible cultural heritage is also an important source of economic development,

though not necessarily through income-generating activities like tourism, which may damage living heritage. Instead, the focus should be on enhancing the functions of intangible cultural heritage within society and promoting its mainstreaming in economic policy planning.

When an element is found on the territory of more than one State Party, the State Parties concerned are encouraged to jointly submit multinational nominations.

COS'È IL “PATRIMONIO IMMATERIALE DELL'UMANITÀ” ?

Il patrimonio immateriale dell'umanità contribuisce a darci un senso d'identità e continuità, offrendoci un legame col nostro passato, che attraversi il presente e tenda verso il futuro.

Esso contribuisce alla coesione sociale, incoraggiando un senso d'identità e responsabilità che aiuta gli individui a sentirsi parte d'una o di più comunità e della società umana in generale.

Molte espressioni e manifestazioni del patrimonio immateriale dell'umanità sono oggi in pericolo, minacciate, da un lato, dalla globalizzazione e dall'omogeneizzazione culturale, dall'altro, da una mancanza di sostegno, apprezzamento e comprensione. Se il patrimonio immateriale non sarà nutrito e alimentato, rischia di scomparire per sempre, o di congelarsi come una pratica appartenuta al passato. Preservare questo patrimonio e consegnarlo alle generazioni future lo rafforza, e lo mantiene vivo, permettendogli anche di cambiare e adattarsi alle nuove esigenze.

Perché il patrimonio immateriale sia conservato vivo, esso deve rimanere rilevante per una cultura e dev'esser regolarmente praticato e appreso all'interno delle comunità e tramandato da una generazione all'altra.

Salvaguardare tale patrimonio significa trasferire conoscenze, abilità, e senso. In altre parole,

la salvaguardia si concentra sul processo necessario alla trasmissione o alla comunicazione del patrimonio immateriale da generazione a generazione, piuttosto che sulla produzione delle sue manifestazioni concrete.

Le iniziative per salvaguardare il patrimonio immateriale possono includere l'identificazione e la documentazione di tale patrimonio, la ricerca, la sua preservazione, promozione e sviluppo – particolarmente attraverso un insegnamento formale e informale – così come la rivitalizzazione di vari aspetti di esso.

La salvaguardia del patrimonio immateriale è anche un'importante fonte di sviluppo economico, benché non necessariamente attraverso attività generative d'indotto o lucrative come il turismo, che potrebbero danneggiare il patrimonio nella sua vitalità. Al contrario, ci si dovrebbe concentrare sullo sviluppo delle funzioni del patrimonio immateriale all'interno della società e nella promozione della sua influenza e del peso che esso può avere nelle politiche di pianificazione economica.

Quando un elemento si trova sul territorio di più Stati membri, gli Stati membri interessati sono incoraggiati a presentare congiuntamente richieste multinazionali.

IT

* Die 10 m. Novembris, a. MMXI : <http://www.unesco.org/culture/ich/index.php?lg=en&pg=00002>

Human culture in the West as in the East has often sensed the need for languages which are designed not only to overcome the confines of space but also the tyranny of time. Such languages bring together the wisdom of diverse epochs by ensconcing it in an immutable form. In this way the wisdom of past ages has been preserved alive and well in such a way that it may be of help to the wisdom seekers of today. While these languages have never been or no longer are spoken in any nation, they have played a fundamental role in the history of ideas and culture more generally. Moreover, they still constitute an inestimable treasure for all humanity. Just as Sanskrit, not only in India, has transmitted intact the doctrines and philosophical speculations from very ancient times until today, so too the classical Arabic and Medieval Persian languages have provided us with the meditations of Sufi mystics and of thinkers who deeply speculated on both sacred texts and the works of Plato and Aristotle. Likewise, the Hebrew language which only recently has been revived, has passed on the wisdom of its people for almost two thousand years in the form of sacred texts. Likewise, the ancient Chinese language enables us to hear the lessons of Confucius and Laozi even today. All these languages and the civilizations for which they stand are a great heritage which must be protected and defended.

The whole of Europe recognizes in Greek and Roman civilization the historical roots of the present age and the inexhaustible treasure that resides in the common memory of the Old World. The Greek language, by taking advantage of its extreme malleability and its formidable expressive power, has given voice to philosophical thought and, through it, to concepts such as liberty, virtue, democracy, and political science, as well as the ideas that transcend the misery of the ephemeral. It is the language in which the intellectual vocabulary of Europe was forged. What is more, today this vocabulary is still adopted by the entire western world each time it concerns itself with the creations or discoveries of the human spirit, of the sciences, of medicine, or of philosophy.

The Latin language, with its solemnity and its concreteness, has upheld the legacy of Greece, and has established itself, well beyond the temporal confines of the political empire that sustained and propagated it, as the common vehicle of European culture. It has done so by allowing diverse peoples, despite their particular nationality, religions, and customs, to understand that they are citizens of a single *Res Publica*, which, although it has lost the material unity guaranteed it by Rome, has retained the two priceless gifts of Latin language and Roman laws.

The Christian message, the third root of our civilization, made a vital contribution to human culture through the immortal notes of the liturgy; this same Christian message was nourished by the Latin language. Moreover, the political and civil action of Charlemagne and his successors, let alone the important ramifications of monasticism and the work of Renaissance humanists, diffused widely the use of Latin language amongst all the people of Europe and transformed it into the cement which has culturally unified the dappled mosaic of races by which Europe is constituted. The Latin language has preserved, in the course of its history, an incredible vitality, because it has been able from time to time to renovate and adapt itself to the diverse exigencies of the world in which its range of expression has grown. In Latin Saint Thomas and Dante, Giordano Bruno and Erasmus, Thomas More and Galileo, Descartes and Leibniz, Newton and Gauss, all expressed themselves together with the harmonious chorus of the many thousands of voices, those of scientists, writers, jurists, philosophers, mathematicians, and humanists who have made Europe.

Latin and Greek, until the middle of the 20th century, formed the foundation of the education of every well educated person in the West because of its beneficial influence on our entire civilization.

Europe is now moving towards a new unity: the European Union, which is gradually realizing itself. We already live in a state of financial union, the free circulation of people, goods, capital, and services.

Moreover, we are beginning to embody financial unity in its fullest sense.

It is fitting then that Europe should recover its cultural identity and above all consciousness of the singular history and the languages that have produced it. This may be achieved by the cultivation of these languages as a collective good and a universal expression of the concepts and concerns of European origin.

The latest pragmatic needs are slowly marginalizing the study of Latin and Greek in schools all over Europe. The next generation of cultivated men are, therefore, likely to be ignorant of nearly all the roots of our civilization and thought. Further, it should not be a comfort to us that Latin and Greek are taught in specialized schools which aim at the formation of future antiquarians; for, these schools do not seek to guide students in a way that assures easy access to the roots of our collective past. Rather, these kinds of schools function only to prepare students for their future professions.

Italy was the place where Greek culture developed flourishing colonies and important schools of philosophical thought. Furthermore the city of Rome was the driving force of the empire that bears her name and continues to be the primary point for the irradiation of Christian culture. It should therefore be considered the perfect confluence of the three roots of European Civilization - Latin, Greek, and Christianity.

That is why we ask UNESCO:

- To **invite European Governments to engage in the protection of Latin and Greek**, especially within their scholastic policies, as the highest expression of the cultural substance of Europe.
- To **declare Latin and Greek the “intangible heritage of humanity”** and not only that of Europe but the whole world on account of its ability to unify Western civilization and its status as a legacy of inestimable value passed on for more than twenty seven hundred years.
- To **invest the Italian government with the responsibility as “guarantor of the preservation of Latin and Greek language”** in a way that supports their study as formative disciplines which aim to train a new generation of well rounded educated people rather than professional antiquarians.
- To **appoint Italy “a symbolic treasure” on account of its location and its history as a crossroads of Latin and Greek language and culture** so that schools, scientific fields, the mass media, and the world of entertainment may be encouraged to preserve all aspects of this culture.

Please sign this petition: <http://www.vivariumnovum.net/unesco>

L’umana cultura ha spesso, in occidente come nelle regioni d’oriente, sentito quasi l’esigenza di lingue atte non solo a superare i confini spaziali che separano uomo da uomo, ma anche a riunire, vinta la tirannide del tempo, sapienti vissuti in epoche diverse, la cui voce, espressa in una forma non soggetta alle mutazioni del divenire continuo, giungesse viva e chiara ad altri cercatori nel corso dei secoli. Queste lingue, non mai o non più parlate da nessun popolo, hanno svolto nella storia delle idee e della cultura un ruolo fondamentale, e tuttora costituiscono un inestimabile tesoro dell’umanità. Così il sanscrito ha, non solo in India, trasmesso intatte dottrine e speculazioni filosofiche da epoche remotissime fino ai nostri giorni; così l’arabo classico e il persiano medievale ci hanno consegnato le meditazioni dei mistici sufi e le discussioni dei pensatori che riflettevano con profondità sui testi sacri e sulle opere d’Aristotele e Platone; così la lingua ebraica, solo di recente riportata alla vita, ha per quasi due millenni tramandato la sapienza d’un popolo nelle forme consacrate dai suoi testi; così il cinese antico ci consente ancor oggi d’ascoltare la lezione di Confucio e Laoze. Tutte queste lingue, e le civiltà chesse esprimono, costituiscono un grande patrimonio, che va tutelato e difeso.

L’Europa tutta riconosce nelle civiltà greca e latina le radici storiche del proprio mondo e il tesoro inesauribile della memoria comune del vecchio continente. La lingua greca, sfruttando la sua estrema malleabilità e la sua formidabile potenza espressiva, ha dato voce al pensiero filosofico e, attraverso di esso, a concetti come quello di libertà, di virtù, di democrazia, di politica, dell’idea che trascende la miseria transeunte. È la lingua in cui s’è forgiato tutto il lessico intellettuale europeo, che ancor oggi s’adopera nell’intero mondo occidentale ogni volta che si fa riferimento a creazioni o scoperte dello spirito umano, alle scienze della natura, alla medicina, alla filosofia.

Il latino, con la sua solennità e la sua concretezza, ha accolto l’eredità della Grecia, e ha costituito, ben oltre i confini temporali dell’Impero politico che la sosteneva e diffondeva, il veicolo comune della cultura europea, dando la possibilità ad uomini diversi per nazionalità, per religione e per costumi, di sentirsi cittadini d’un’unica *res publica*, che, pur avendo perduto quell’unità materiale ch’era stata garantita da Roma, ne conservava i due doni più preziosi: la lingua unica e le leggi.

Di latino s’è nutrito il messaggio cristiano, terza radice della nostra civiltà, che ha fatto vibrare un nuovo apporto vitale sulle note immortali della liturgia; l’azione politica e civile di Carlo Magno e dei suoi successori, nonché le imponenti ramificazioni del monachesimo e il lavoro degli umanisti ne hanno corroborato e maggiormente diffuso l’uso tra tutti i popoli d’Europa, e l’hanno trasformato nel cemento che ha culturalmente unificato per tanti secoli il variegato mosaico di genti che la compongono. Il latino ha conservato, nello scorrere del tempo e delle epoche, un’incredibile vitalità, perché ha saputo sempre rinnovarsi adeguandosi di volta in volta alle diverse esigenze del mondo di cui diventava espressione. In latino si sono espressi S. Tommaso e Dante, Giordano Bruno ed Erasmo, Tommaso Moro e Galileo, Cartesio e Leibniz, Newton e Gauss, insieme all’armonico coro di voci diverse di migliaia d’altri scienziati, letterati, giuristi, filosofi, matematici, umanisti che han fatto l’Europa.

Latino e greco hanno costituito la base fondamentale dell’educazione d’ogni uomo colto dell’occidente fino alla metà del Novecento, continuando a far sentire in tal modo il loro benefico influsso su tutta la nostra civiltà.

L’Europa si sta oggi avviando verso una nuova unità: l’Unione europea, che si sta realizzando gradualmente, ma con rapidità. Viviamo già in una realtà d’unione finanziaria, di libera circolazione delle persone, dei beni, dei capitali e dei servizi, e va realizzandosi a pieno titolo anche l’unione monetaria.

È necessario però che l’Europa unita recuperi anche e soprattutto la consapevolezza della sua identità culturale e non dimentichi le civiltà e le lingue che l’hanno prodotta, coltivandole come bene collettivo, espressione dell’uniformità di concetti e di pensieri di tipo europeo.

Le nuove esigenze di tipo pragmatico stanno lentamente emarginando lo studio delle lingue latina e greca nelle scuole di tutt'Europa. I futuri uomini colti del nostro continente rischiano dunque d'ignorare quasi del tutto il passato in cui affondano le radici della nostra civiltà e del nostro pensiero. Non ci si può accontentare d'una conoscenza sommaria e superficiale raggiunta attraverso traduzioni e resoconti in chiave moderna: né può costituire elemento di conforto la presenza del latino e del greco come lingue in scuole di tipo professionalizzante, destinate solo a formare futuri antichisti, in cui tali discipline non hanno più la funzione formativa di garantire una possibilità all'uomo colto d'accedere alle radici del suo passato, ma costituiscono un mero strumento di lavoro per lo svolgimento della sua futura professione. Delle tre radici della civiltà europea, latina, greca e cristiana, l'Italia, per la sua particolare condizione di territorio in cui la cultura ellenica ha sviluppato fiorenti colonie e straordinarie scuole di pensiero filosofico, e Roma ha costituito da un lato il centro propulsore dell'impero che da lei prende nome, e dall'altro la sede primaria e il punto d'irradiazione della cultura cristiana; l'Italia, dicevamo, rappresenta quasi il punto d'ideale confluenza storica.

È per questo che chiediamo all'UNESCO:

- di **farsi garante d'una continua sensibilizzazione dei governi europei per invitarli a impegnarsi, soprattutto nelle loro politiche scolastiche, per la salvaguardia concreta delle lingue latina e greca**, come massima espressione della sostanza culturale d'Europa, portata in diverse parti del mondo;
- d'impegnarsi per **dichiarare il latino e il greco «patrimonio culturale dell'umanità»** non soltanto europea, ma anche extraeuropea, come elemento unificante della civiltà occidentale e come eredità d'inestimabile valore lasciataci da oltre duemilasettecento anni di storia culturale,
- di voler **investire il governo italiano della responsabilità di “garante della salvaguardia del latino e del greco”** come discipline portanti, assieme alla filosofia, di una scuola formativa non professionalizzante, e d'un'educazione globale e umana delle nuove generazioni;
- e di **nominare l'Italia “scrigno simbolico” e crocevia delle culture e delle lingue greca e latina**, perché si sviluppi un interesse che coinvolga tutti i settori della sua cultura, dal sistema scolastico al mondo della scienza, dello spettacolo e dei mezzi di comunicazione di massa.

Firma la petizione su: <http://www.vivariumnovum.net/unesco>

Saepe hominibus, ubicumque cultum humanitatemque invenerunt et coluerunt, hoc liquide apparuit, quam esset necessarius sermo, quo usi, cum variarum regionum confinia transcenderent, tum etiam cum iis cunctis, qui nomen sapientis quavis memoria assecuti essent, aevi voracitate demum superata, ita devincerentur ut eorum colloquia, indesinenti temporum mutatione emancipata, ab omnibus, quibus curae essent humanae litterae, qualibet aetate perciperentur. Quae quidem linguae, quamvis ex hominum usu iam pridem excidissent (si quidem in usu umquam fuerunt), nimirum multum fecerunt ad cultum sapientiae inventis corroborandum, hodieque sunt thesaurus adeo magnus ut dicere non audeamus, quanti reapse aestimari possit. Itaque Sanscritice permulta philosophorum praecepta antiquitus adservata ad nostram aetatem usque manaverunt, nec tantum penes Indos; itemque sermonibus Arabum Persarumque, quos classicos vocant, et sententiae mysticorum hominum, qui *sufi* sua ipsorum lingua appellantur, et cogitata doctorum virorum qui sive in sacris litteris sive in Platonis Aristotelisque doctrinis sua studia impenderunt, nobis omnibus traditae sunt; ne de lingua Hebraica dicamus: ea enim, nuper tantum in vitam revocata, per duo fere millennia Iudaeorum sapientiam iis tradidit formis, quae libris erant commissae et quodam modo consecratae; nedum de Sinensium sermone loquamur, quo Confucius atque Lao Tze suas doctrinas praeclare illustraverunt. Hae igitur linguae, necnon cultus unde ipsae sunt ortae, tamquam patrimonium, quod eximie custodiamus, omnes et singulae sunt habendae.

Gentes igitur quae Europam incolunt omnes tum Graecorum, tum Latinorum cultum et humanitatem tamquam fontem et caput, unde manaverunt et ipsae, necnon locupletissimum maiorum patrimonium, cuius ubertas numquam exhauriatur, pleno consensu iam pridem agnoverunt. Siquidem lingua Graeca, quippe flexibilis atque ad omnes animi sensus exprimendos aptissima, per plurimos philosophis verba suppeditavit, qui de libertate ac virtute disseruerunt, necnon praecepta de re publica gerenda funditus excusserunt iidemque denique perfectas ideas et absolutas rerum humanarum flumen excedentes sibi aliisque contemplandas invenerunt. Haec igitur est lingua, quae etiamnum viris doctis praesto sit, cum agitur de ingeniorum inventis seu de qualibet doctrinarum, inter quas utique res medica non minus quam philosophia numeratur.

Sermo autem Romanorum, qui pro suo decore et captu ad res sub sensus cadentes propius pertinet, primo Graecorum hereditatem recepit, tum Europaeorum cultum longe ultra Romanorum confinia provexit, adeo ut innumeri homines, licet patria, religione, institutis inter sese differrent, una atque eadem Re Publica continerentur. In qua autem homines noniam vera atque unius populi ditione, ut tum, vigente Romanorum Imperio, coadunati erant; sed nihilominus binas omnium divitiarum et quidem pretiosissimas adservaverant, sermonem scilicet ac leges. Deinceps Christianus nuntius, e quo per totam Europam nova quaedam alimonia sanctimoniae tegumine vestita perfusa est, Latino sermone est nutritus, adauctus, divulgatus. Ac quidem primum Carolus ille Magnus eiusque successores in re publica gerenda, tum ii omnes, qui vitae monasticae dediti cunctas vires in monumentis litterarum servandis collocaverunt, deinde praeclari illi bonarum litterarum restitutores; omnes denique una atque per vices operam navaverunt ut linguae Latinae usum corroborarent eumque longe lateque in Europa divulgarent, quo demum evenit ut varietas illarum regionum maxima hac sermonis cognitione coniuncta servaretur. Ideo igitur sermo Romanorum tam diu vividus mansit, quoniam pro argumento semper accomodatus est proinde ac si renovatus esset. Nimirum Dantes et Thomas Aquinas Latinis verbis sua cogitata illustraverunt, nec minus Iordanus Bruno, Erasmus Roterodamus, Thomas Morus, Galilaeus Galilei, Renatus Cartesius, Godofredus Leibnitz, Isaac Newton, Carolus Gauss, una cum cuncto doctorum virorum choro philosophorumque omnium, quicumque in Europa condenda ac sustinenda partem habuerunt. Quapropter tum Graecorum sermo, tum etiam Romanorum in plagis quae ad solis occasum spectant fundamentum primaque elementa ad omnem firmam eruditionem usque ad medium saeculum XX praestitit. Unde factum est ut eorum vim etiamnum, quamvis saepe inscii, identidem accipiamus.

Nunc autem, ut tempora sunt, omnes homines in Europa magis magisque, et in dies quidem

citius, ad artiorem coniunctionem spectare videntur. Immo vero mercatorum commeatus hominumque peregrinationes, quibus antea transitus non ita facile patebat, tandem inter Europae gentes fit sine magno negotio. Nunc opes omnium commutantur, nunc aerarium in communem usum venit ac per plurima ministeria, quorum officia antea seorsum administrabantur, nunc tandem ad totius Europae conspectum transcendunt. Quodsi de rationibus nummariis dicendum sit, nullus sane erit quem multum ad unitatem profectum esse lateat. Atqui eo magis nobis hoc officium impendet, videlicet ut omnes homines, qui inter cives Europae numerentur, conscii sibi fiant patrimonii communis earumque notarum, quae praeter ceteras sibi propriae appareant, nec cultus sui immemores sint, nedum duarum linguarum quae illi fuerunt tamquam naturale nutrimentum. Proinde haec omnia, si sapimus, quippe communem hereditatem in qua mens atque cuncta cogitata Europaeorum propria contineantur, nobis fovenda, colenda, propaganda sunt.

Econtra nostro aevo multi homines via huic adeo adversa grassari videntur, ut studium utriusque linguae gradatim e publicis scholis exterminetur. Inde nimirum maximum periculum doctis viris nostrarum terrarum impendet, ne ea, quae nos antecesserunt omnia, turpiter ignorentur ignorataque in oblivionem eiciantur. Neque decet nos parva et quidem perfunctoria doctrina, quae tantum operibus in vernaculum conversis nitatur aut, quod deterius est, meris auctorum enarrationibus ad mentem nostrorum temporum conformatis, esse contentos; neve nobis tantillum solacii satis fecerit, quod linguae maiorum nostrorum quibusdam in studiorum academiis ad futuros antiquitatis peritos reserventur. Siquidem hoc modo omnes illae disciplinae ad humanitatem pertinentes, non tam ad universam quandam institutionem cum veterum doctrina vere coniunctam, quam ad paucorum hominum lucrum commodumque, sua ipsarum natura repugnante, informabunt.

Quod si tres illos fontes, unde cultus Europaeus emanavit, recte consideramus, videlicet Graecum, Latinum et Christianum, facile sequitur, cum totam Italiam, ubi ob locorum opportunitatem per plurimae Graecorum coloniae floruerunt una cum egregiis philosophorum familiis, tum maxime Romam, quae hinc caput fuit maximi imperii, illinc vero sinus ad quem omnes Christi fideles per saeculorum decursum oculos conversos habebant; Italiam, inquam, quis temporum atque totius cultus prope cardinem non fuisse arbitrabitur?

Quapropter membra cuncta illius omnium gentium consociationis, quae vulgo a compendiariis litteris UNESCO nomen trahit, vehementer exhortamur ut hoc officium, quod tota in Europa maxime instat, diligenter observent, idest:

- **ne suadere desistant praesidibus omnium Rerum publicarum in Europa sitarum linguas Graecam Latinamque fovendas, tutandas, divulgandas esse praesertim in publica institutione, quippe quae summam totius cultus in plagis ad Occidentem spectantibus orti, tum etiam ulterius in alias terras divulgati contineant.**
- Tum **ut recipiant utramque linguam in totius humani generis patrimonium**, in id utique quod non manibus tangi, sed mente animoque sane percipi potest. Etenim non modo ad gentes Europaeas, verum etiam ad eas omnes quae eius cultus ultra Europam partem habent, maxime pertinet: siquidem harum omnium cognatio in his duabus linguis sita est, cum hereditas communis eis sit per plus quam XX saecula probata ac perennata.
- Deinde **ut Rem publicam Italorum dignitate praesidii et quasi propugnaculi ad Graecum Latinumque sermonem provehendum impertiant**, qui quidem sermones una cum philosophis doctrinis diu habebantur hodieque habendi sunt instrumenta aptissima ad liberam quandam eruditionem quae non ad minutissimam singularum provinciarum exquisitionem, sed ad firmam et universam doctrinarum orbis cognitionem multum faciat.
- Nec minus **ipsam Italiam ut receptaculum totius cultus et humanitatis ad Orbem occidentalem pertinentis promoveant**, ita ut hae artes et studia non modo in Lyceis et Universitatibus, verum etiam inter doctrinarum naturalium antesignanos nec minus in spectaculis vulgatissimisque praeconiis foveantur, vulgentur, exhibeantur.

Calculum tuum adicias: <http://www.vivariumnovum.net/unesco>

Ἔφεσις ἐπὶ τῷ τὴν Ἑλληνικὴν τε καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶττας ὡσπερ παγκόσμιον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους οὐσίαν ἐπιγιγνώσκειν

Ἐπειδήπερ πάντες οἱ σοφοὶ καὶ πεπαιδευμένοι ἄνθρωποι, πανταχοῦ κατὰ τὴν οἰκουμένην διάγοντες, καὶ ἐπὶ δυσμαῖς καὶ πρὸς ἀνατολήν, ἵνα προαγάγωσι τὴν παιδείαν, πολλάκις γλωττῶν ἐδέησαν ἱκανῶν οὐ μόνον νικῆσαι τοὺς τῆς γῆς ὄρους τοὺς ἀνθρώπους χωρίζοντας, ἀλλὰ καί, τῆς τοῦ χρόνου τυραννίδος καταστραφείσης, ἐπιτηδείων συναγαγεῖν ἀπὸ πολλῶν καὶ διαφερόντων αἰώνων ἄλλους σοφοὺς, ὧν αἱ φωναί, οὕτως ἀφίεμεναι, ὥστε τὰς τοῦ γιγνομένου μεταβολὰς μὴ μεταβάλλειν, διὰ πολλῶν ἡλικιῶν καὶ ἄλλων ἐπὶ τὴν φιλοσόφην ζήτησιν σπουδαζόντων ζωτικῶς καὶ σαφῶς ἄψαιεν. Αὗται τοιγαροῦν αἱ γλῶτται, καὶ εἰ μήποτε ἀφείθησαν ἢ μηκέτι ἔθνος μηδὲν ταύταις χρᾶται, ἐπειδὴ τοσαύτας ὑπηρεσίας διατετελέκασιν, ἔτι καὶ νῦν πολυτιμώτατα τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κτήματα ὑπάρχουσιν. Ἡ οὖν Σανσκριτικὴ γλῶττα, οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, τῇ τοῦ χρόνου διαδοχῇ πέπομφε διδασκαλίαν ἀρχαιοτάτης καὶ φιλοσόφας ὑποθέσεις· ἡ δὲ καὶ ἀρχαία γλῶττα Ἀραβικὴ καὶ ἡ μεσαιωνικὴ τῶν Περσῶν διάλεκτος ἀποδεδώκασι τὰ τῶν Σουφὶ μυστικῶν ἐνθυμήματα καὶ τὰς διατριβὰς τῶν σοφῶν οἱ περὶ τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἔργων ἀκριβῶς ἐλογίζοντο· ἡ δὲ τῶν Ἑβραίων, ἄρτι ἀναβιωσαμένη, σχεδὸν δύο χιλιετερίδας παρέδωκε τὴν τοῦτο τοῦ ἔθνους σοφίαν διὰ τὰς μορφὰς τὰς ἐν τοῖς ἑαυτῆς κειμένοις καὶ γράμμασι βεβαιωμένας· ἡ δὲ τῶν πάλαι Σηρῶν νῦν ἔτι τὰς τοῦ Κομφουκίου καὶ τοῦ Λάο Τσὲ διδασχὰς ἡμῖν ἀκουσομένοις παρέχει. Διόπερ οὖν δῆλόν ἐστιν ἀπάσας ταύτας τὰς γλῶττας κλήρου μεγίστου μέρος τι καθιστάσας, καὶ τὰ ὑπὸ τούτων παραδεδομένα, ἡμῖν ὄχυρωτέον καὶ φυλακτέον εἶναι.

Ἄπαντες δὴ οἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὰ τοῦ ἰδίου κόσμου θεμέλια πηγὴν τε μνήμης τῆς Παλαιᾶς Ἡπείρου ἀέναον ἐπιγιγνώσκουσιν ἐν τε τῇ Ἑλληνικῇ καὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ παιδείᾳ. Ἡ μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων γλῶττα, πολύπλοκος τὴν φύσιν καὶ δεινὴ τὰ τε φυσικὰ καὶ ἀνθρώπινα καὶ θεῖα ἐξηγεῖσθαι οὔσα, τὴν φιλοσόφην νόησιν τε λόγοις καὶ ῥήμασι καὶ λέξεσιν πεπλούτικε, καὶ δι' ἧς νοήματα ἔφυσεν οἷα τὰ τῆς ἐλευθερίας καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς δημοκρατίας καὶ τὰ τῆς πολιτικῆς φρονήσεως, πάντα οὖν ἅ τοῦ φθαρτοῦ καὶ δακρυώδους παρόντος περιγίγνεται. Ἐπειδήπερ οὖν αὕτη ἡ τῆς Εὐρωπαϊκῆς νοήσεως στήριγξ ἐγένετο, ὅταν λέγηται τι περὶ τῶν ἐπιδόσεων ἢ εὐρημάτων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πεπονημένων ἐν τῇ φυσικῇ, ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ καθ' ὅλον τὸν ἐπὶ δυσμαῖς κόσμον, αἱ λέξεις καὶ οἱ λόγοι καὶ μάλιστα οἱ λογισμοὶ ἔτι καὶ νῦν Ἑλληνικοὶ γίνονται.

Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων σεμνότητι τινὶ ἰδίᾳ καὶ πρὸς τὰ αἰσθητέα πράττουσα γλῶττα, δεδεγμένη τὸν παρὰ τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφον καὶ μαθηματικὸν κλῆρον, πέραν τοῦ προσκαιροῦ κράτους τοῦ ἐπὶ τῶν παλαιῶν Ῥωμαίων, κοινῶς μεταδέδωκε πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, καίπερ τὰ ἔθνη καὶ τὴν θρησκείαν καὶ τὰ ἔθνη ἀλλήλων διαφέρουσι, μιᾶς καὶ κοινῆς Πολιτείας μὴ τῶν ὄρων καὶ καιροῦ τῆς Ῥώμης κατεχομένης, ἀλλὰ πλείω δυναμένης καὶ σωζομένης ἐν τοῖς τε γράμμασι καὶ νόμοις, ἃ δῶρα πάντων ἀξιοτάτα τε καὶ πολυτελέστατα γ' ἐστίν.

Καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν Χριστιανῶν ἄγγελμα, ἡ τρίτη τῆς ἡμετέρας παιδείας ρίζα, τεθραμμένον μὲν τοῖς Ἑλληνικοῖς στοιχείοις, διὰ δὲ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐρρωμένον πανταχόσε κατὰ τὴν οἰκουμένην πρὸς πολλαπλασίας ψυχὰς καὶ νοῦς νέα τινὶ ἴσχει καὶ ἀγία σεμνότητι βέβηκε.

Ἐφ' οὗ μὲν πρώτιστα Κάρολος ὁ Μέγας καὶ οἱ αὐτοῦ διάδοχοι σχεδὸν πάντες, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἀγίως ἐν μοναστηρίοις διάγοντες γράμματά τε καὶ γλῶττας καὶ νοήματα οὕτως ἔσωσαν, ἐφύλαξαν, ἐθεράπευσαν, ὥστε καὶ μείζω τὴν οὐσίαν ἔθησαν, οἱ δὲ ἐξῆς εὐδοξοὶ σοφοὶ καὶ συγγραφεῖς οὓς ἀνθρωπιστὰς καλοῦμεν, τέλος δὲ ἅπαντες καὶ ἐφεξῆς οὕτω πεπονήκασι ἵνα τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς γλῶττης χρῆσιν πανταχοῦ τῆς Εὐρώπης βεβαιώσαιεν καὶ καταστήσαιεν, ὥστε εἰ καὶ ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις χώραις ἐνῶκουν, οἱ ἄνθρωποι πρὸς ἀλλήλους συγγενείας καὶ οἰκειώσεως ἐν τῇ νέᾳ Πολιτείᾳ τῶν καλῶν καὶ ἐλευθερίων γραμμάτων ἔτυχον. Ἡ οὖν Ῥωμαϊκὴ γλῶττα, ἀρμόζουσα εὐκόλως τὸν ἑαυτῆς τρόπον ταῖς θέσεσι, πολλοὺς αἰῶνας ἦνθηκε ὡσπερ ἀνακαινωμένη. Διὸ οὖν ἄτοπον οὐκ ἐστὶν τὸν Δάντην τὸν Ἀλιγέρι τε καὶ Θωμᾶν τὸν Ἀκινάτην τὰ ἑαυτῶν ἔργα Ῥωμαῖστὶ συστήσαι ἅμα ἄλλοις πολλοῖς ἀνθρώποις οἰοῖ Ἰορδάνος ὁ Βροῦνος, Ἐρασμος ὁ Ῥοτεροδάμος, Θωμᾶς ὁ Μῶρος, Γαλιλαῖος ὁ Γαλιλέι, Ῥενάτος ὁ Καρτέσιος, Γοδοφρέδος ὁ Λεῖβνις, Ἰσαὰκ ὁ Νεύτων καὶ Ἰωάννης Κάρολος Γαῦς, ἐφ' οἷς μύριοι καὶ ἄλλοι ἐπιγίνονται σοφοὶ ἀπὸ ἀπασῶν τῶν τεχνῶν, ἐπιστημῶν καὶ φιλοσοφῶν, οἳ, οὐ διασκαριφώμενοι τὰ Ἑλληνικὰ μαθήματα, τοὺς Εὐρωπαίους πεπαιδεύκασι. Τούτων μέντοι ἕνεκα αἱ τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ῥωμαίων φωναὶ κατὰ πάσαν τὴν γῆν τὴν ἐπὶ δυσμαῖς ὑπάρχουσι ῥάχιν καὶ ἀναγκαῖα τροφή τοῖς τὴν τελειωτάτην παιδείαν κτᾶσθαι βουλομένοις, ὃ πάσα δήπου ἡ Εὐρώπη

κατελάμβανε τουλάχιστον έως τῆς κ' ἑκατονταετηρίδος, αἰτία καὶ αὕτη οὕσα δι' ἧς ἔτι καὶ νῦν, πολλάκις δ' οὐκ αἰσθανόμενοι, τὴν ἐκείνων δύναμιν δεχόμεθα.

Νῦν δὲ, ὡς ὁ καιρὸς ἔχει, οἱ Εὐρωπαῖοι πάντες πολὺ μᾶλλον ἢ πώποτε καθ' ἡμέραν ἐπιθυμούμενοι φαίνονται ἰσχυρότερον συνάψαι πρὸς ἀλλήλους. Αἱ γὰρ τῶν ἐμπόρων καὶ ἀποδήμων, οἷς πρότερον δυσκόλως ἦν φοιτᾶν, πορεύσεις τέλος ῥάδιον γίνονται. Πάντων τοιγαροῦν τῶν χρημάτων κοινονοοῦσιν ἀλλήλοις καὶ αὕτη ἡ οὐσία διοικεῖται εἰς πλείστας ὑπερησίας, ὧν πρότερον μὲν τὰ δέοντα χωρὶς διετελεῖτο, τέλος δὲ νῦν πρὸς τὴν ὅλης τῆς Εὐρώπης ὄψιν καὶ θεραπείαν ἐξέρχεται. Εἰ τοιγάρτοι περὶ τῆς οἰκονομίας καὶ διοικήσεως λεκτέον τι, δηλὸν γε ὅτι οὐδεὶς ἐστὶν ὃν αὐταὶ αἱ ἐπιδόσεις λάθοιεν ἂν τῇ ἐνώσει συμφέρουσαι. Τούτου δὴ οὐνεκα ἡμῖν προσκεῖται τὸ παρακαλεῖν τοὺς ἀνθρώπους τοὺς Εὐρωπαίους ἐπὶ τὴν τῶν κοινῶν ριζῶν καὶ ἰδεῶν ἀνάγνωσιν, ἃς πλὴν ἄλλων οὗτοι δικαίως ἠγοῦνται ἴδια κτήματα καὶ οὐσίαν, μὴ τούτων, τῶν τροφῶν καὶ ἐρεισμάτων ταῖς ψυχαῖς ὄντων, ἐπιλάθωντο. Ἐκ μὴν πάντων τούτων τῶν ἤδη εἰρημένων δεῖ ἡμᾶς, καταλαβόντας τὴν τιμὴν, ταύτας τὰς γλώττας ὡσπερ κλῆρον καὶ οἴκημα -οἷς ἡδρωται ὁ Εὐρωπαῖος νοῦς καὶ κατέχεται- καὶ θεραπεύειν καὶ μελετᾶν σπεῖρειν τε.

